

R. 10, 17.

Vd
1786

VENATIONEM REGIAM
IN HIS SVDETIBVS NVPER
CELEBRATAM,
SUB FELICEM
EX LYCEI HUIUS, AD ALTIORA ACADEMIÆ STADIA,
DISCESSVM,
VIRI-IUVENIS
PEREXIMII, NOBILISSIMI, LITERA-
TISSIMIQVE,
JOHANNIS FERDINANDI
SCHEUERECKII,
ANNABERGA-MISNICI,
PRÆFATIONIS LOCO DECANTAVIT,
ET, AD AUDIENDAM ORATIONEM
DE LAUDE REI VENATORIÆ,
LATINIS VERBIS,
VALEDICTIONEMQVE GERMANICO CARMINE
XIX. DIE NOV. MDCCXXXIV. POST SACRA MATU-
TINA, RECITANDAM
INSPECTORES SCHOLÆ,
SUMME-AC PLURIMUM REVERENDOS, CONSULTISSIMOS,
EXPERIENTISSIMUM, AMPLISSIMOS, DOCTIS-
SIMOSQVE,
PATRONOS, EVERGETAS, STUDI-
ORUMQVE PROMOTORES,
ET OMNES, QVOTQVOT FAVENT ARTIBUS, ET BENE
CUPIUNT
HONESTÆ CANDIDATI FAMILIÆ,
HUMANISSIME INVITATOS VOLUIT
M. CHRISTIANUS CLODIUS, Rector.

ANNABERGÆ,
TYPIS AVGVSTI VALENTINI FRISII.



VERZEICHNIS

DER

BUCHER

IN DER

BIBLIOTHEK

DES

HERFORDEN

UND

WILHELMSRUHR

AM

1. DECEMBER 1871

VON

DR. THEODOR

WILHELM

VERLEGER

HERFORDEN





N age! Musa! viros, venabula, retia, sylvas,
Cervorumque greges altis demontibus actos,
Plaustrorum strepitus, hominumque canumque latratus,
Spumantes apros, lepores, vulpesque ruentes,
Pulforumque fugas, caedes et vulnera dicam.
Vidimus his oculis, quid enim vidisse pigebit?
Rem prius haud visam, nulloque Poemate dictam,
Laudibus Æneae, magna dignamque Diana.
Quem Virtus et Fama vehit per sidera celsum,
Sarmatiae Princeps, veteri de stirpe Piasii,
Perfidiae domitor, columen fidusque bonorum,
Tertius Augustus, fractis Gedanenfibus undis,
Ejectis Gallis, et iniquo Rege fugato,
Saxoniam repetens, curas ad retia vertit,
Omen inest rebus, regni bellique tumultus,
Et quae plura trahunt diversas turbine mentes,
Rusorum copiis, lusumque jocumque futuros.
Confluit ex omni terrarum parte colonus,
Curritur in montes altos, atque in via lustra,
Qualia vix quondam vidit Cumaea Sibylla,
Caucaseus vertex, Atlas, Rhiphaeaeque tellus.
It coelo clamorque virum, clangorque tubarum,
Permissis sclopi crepitu, catulique latratu,
Ut cum terrestri decernunt Marte phalanges,
Omne nemus resonat, gladii titubatque furore,
Profluit ex antris perterrita bestia furvis,
Nescia tam duri longo de tempore, casus,
Jam, velut ex signis, caedis praefata futurae,

Transmittit cursu campos, atque agmina pernix,
Pulverulenta fuga glomerat, densatque siorum,
Nodosi laquei, longo discrimine juncti,
Turbaque servorum, nostris contermina sylvis,
Noctes atque dies pecudes agitare parata,
Ingentem fallit copiam, raptatque ferarum,
Quae vasis delusa strophis, obleptaque lino,
Arguit errores, atque in contraria fertur,
Ecce! novam pecoris peregrino more salutem!
Grunnit aper frendens, ululat vulpecula fallax,
Et reboant tristes cervi, Ioporesque coaxant;
Ingruit atra fames, defunt sitientibus undae,
O! quos mugitus pecoris, quae murmura capti!
Dispiciunt latebras hesternae luce relictas,
Et notos fontes, consuetaque pabula ruris,
Nulla patet toto fugiendi rimula campo.
Jam pavidi, trepidi, squalidi, miseri que vagique,
Tristes eventus, et atrocia fata volutant.
Asper ab occasu terras madefecerat imber,
Iris et insignis vario splendore colorum,
Nuncia nivosa, plusquam Cumaea, dici,
Terris purpureum montanis junxerat arcum:
Cum Patrem Patriae, regali sede relicta,
Pluribus ascitis, venturum fama susurrat;
Nempe per has terras trigesima pallet arista,
Quae tam magnificas non vidit Principis umbras.
Adventant coelo, quasi sic fortuna juberet,
Sedibus acciti, Rex et Regina sereno,
Illustri heroum stipatus uterque cohorte.
Vix ea laetitia est volucrum, vix ista ferarum,
Cum Sol pallentes de coelo discutit umbras,
Laetaque per campos nitidus spectacula pandit:
Quam, quae cunctorum mentes animosque remulsi,
Cum salvum Dominum, salvam Dominamque viderent,
Audisses hominum depopulate sustulit altum,
En! pater Alcanium depopulate sustulit altum,
Et mater, natam geminis amplexa lacertis,
Iudice digitulo, spectes, mea filia, spectes,

Hic

Hic Rex est, inquit, Reginaque proxima Regi,
Hic Dux Leucopetrae, Ducis illa est Filia Princeps,
Hic est Caesaris Legatus, Episcopus ille
Lypskius, hic Russus, sequitur quem Dania misit.
Audistes fremitus, permittaque juba vulgi,
Vidistis pueri pendens ab arbore plausus,
Unus in Augustum vultus, fixusque Josepham,
Caetera post habuit patuli spectacula campi.
Junxerat Actaeon gracili tentoria tigno,
Millibus apta viris, huc Rex et turba subintrat,
Dispectisque locis, rebus cunctisque probatis,
Discumbunt lasi, macerataque juscula sumunt,
Absumbtis tandem dapibus, patinisque remotis,
Horrida per sylvas capturae signa dabantur,
Non aliter resonant, turmali buccina cantu
Cum strepit, atque nemus subito ciet omne tumultu,
Nos circumpositi, Latio velut amphiteatro
Ore triumphantes, plaustris haeremus in altis,
Observaturi miserae spectacula caedis.
Panditur Aulaeum, prodit fera bestia claustris,
Quis stupor attonitos, quam tetricus occupat artus
Horror, ubi populos alta de sede frementes,
Tecta, viros et juncta procul velamina spectat,
Pertentat reditum, sed vela redire vetabant;
Nunc ubi caeca petit fugitivo calce salutem,
Solvitur horrifona lethalis machina voce;
Quali vix tremuit nuper Quistellina tellus,
Cum fugeret timidus superatis Broglio castris,
Territus et miles violento Marte Sabaudus.
O! miseram miserae pecudis per jugera stragem!
Pars occisa cadit, pars faucia facta pererrat,
Pars inter cursus manante cruore fatiscit,
En! caper altivolans sclopos modo fallere tentat,
Ecce! gradum revocat, primaevaue lustrat asyla,
Ille per immensos post se trahit ilia campos,
Hic rotat occidum gyris, et concitat orbem,
Cernitur hinc alius, qui fracto crure vacillans,
Ossa simul laniata vibrat, cursumque requirit;

Uirus

Unus est multus, aetate et corpore grandis,
Cum frustra tentat saltu transmittere velum,
Dente crepans, oculisque tremens, plenisque minarum
Vultibus, ad sylvas gemebunda voce remugit,
Lapsus et in terras, animam cum sanguine ponit,
Desiit haud alius, qui, cum premetur ab hoste,
Calce minax, alto sublatus in aera saltu,
Verteret hostiles agitantis in occiput artes,
Caetera turba, vagi spumant, titubantque tremuntque,
Donec consimili rapiuntur frigore mortis.
Quae cum strata jacent, naturae jure soluto,
En! nova cervorum, semoto tegmine, turba
Proruit, atque amplo spectans exempla theatros,
Horret, et immotis pedibus vestigia fixit.
Bina per ambiguos ducebant compita calles,
Binaque versantem feriebant spicula turbam,
Quocumque aspiceres, et mors et fata vocabant;
Accelerant gressus, nec enim datur ire retrorsum,
Ecce! novam stragem pecoris, nova vulnera caesi!
Funera funeribus cumulata meantibus obitant,
Sic inter laesos, nulla ratione periculi
Inducta, segnes, et strata cadavera sidunt,
Lassaque dispersis obvertunt tergora flammis.
Continuos subeunt Rex et Regina labores,
Nec spatiosa quidem jaculantes area fallit,
Nec levitas pecoris, varius nec saltibus error,
Mireris fortem Regis certamine dextram,
Qui cervi, summo per castra furore ruentis,
Districto totum subito caput ense revulsit.
Tristis erat facies capreae, quae saucia, pullos
Glandibus elapsos, densata per agmina ducit,
Ereptura suos, licet haud evaderet ipsa,
Vidisses alios, sclopi qui glandibus icti,
Suppetias matrum moribunda voce rogarent,
Dum tandem exanimis ipsa cum matre cadebant.
Denique nec defunt, qui, cum cecidere, resurgunt,
Surgentesque cadunt, parcarum lege sequestra
Et quos lenta trahunt Libitinae tormina lapsu,

His

His venatorum cervices pugio solvit.
Jam fere nongenti numero cecidere ferarum,
Quas longa serie venatica turba reponit:
Ecce! Pater Patriae, duro nec grandine laesus,
Nec fessus jaculis, spumantes provocat apros.
Nos qui continua cervorum strage sopiti,
Aprorum caedes, animis lingisque precamur.
Inflatur cornu, solvuntur fune molossi,
Panduntur camerae, sed o! iracunda Diana!
Virgo potens nemorum! quorsum mihi victima vertit?
Heu! per mille vias aper omnis, et omnis apri spes,
Velis disruptis, hesternâ nocte tetendit.
Vertitur in capreas, quam fraus aprugna fefellit,
Saevities hominum, dispersaque in agmina sylvae.
Forte sub obscura consederat arbore cervus,
Cervaque pullorum capreis stipata tenellis,
Protinus hanc agitant rabidi, lacerantque molossi,
Insequitur mistum variis animantibus agmen,
Turba pusilla gregis, certissima praeda Dianae.
Heu! mihi ridiculas vulpis leporisque choreas!
Illa dolo pellem defensas, et iste volatu,
Nil valet adversum, luduntur ab artibus artes,
Nil levitas crurum, plumbi vis corripit omnes;
Ista fuit tandem sylvestris clausula pugnae.
Jam sol occiduus fumantes vergit in agros,
Jam Rex Augustus, jam Clementissima Conjux,
Ambo soli soles patrii, spectacula claudunt.
Ut, cum praecipites Phoebus jam vespere partes
Egit, et obscuris tellus immergitur undis,
Vomere subverso, casulam frequentat arator:
Sic spectatores, patriae jam Sole remoto,
Palantes agris, vicina mapalia quaerunt.
Ipse ego, qui rediens dispersa cadavera vidi,
Pharfaliae similem video mihi cernere stragem;
Adde, quod interfit: Miles prostratus humatur,
His dat ventriculus Procerum regale sepulchrum.

Super

Ad 1786 M.

X 3388104

* * * * *
* * * * *

Super est ad huc, ut Candidatum, cuius laudes, quoniam est genuinus Patris Filius, multis verbis deprædicare, supervacaneum existimo, consuetudine avitus recepta, dimittam. Vitam debet Consultissimo Patri, Dno JOHANNI JACOBO, Civitatis hujus quondam Syndico, et Juris Practico, per hos Sudetes longe celeberrimo, nativitatem his Annae montibus, educationem parentum curae, juventutis Studia Lycei Magistris et Stübello, Rectori, de hac urbe immortaliter merito, quem etiam tribus abhinc annis ad Illustrem Portam avocatum, presse secutus, sed, vel urgente morbi molestia, vel amore Patriae, in Patriam reversus, deseruit, et sub manu ductione nostra studiorum, quam exorsus erat, telam, tam felici absolvit successu, ut altioribus jugiter intentus, altiora et persequi, nullo obstante, aut aetatis, aut doctrinae impedimento, et capere possit. Orationem et, ipsum apobaterium, proprio Marte elaboratum, tanto majori omnium plausu exposuit, cum et in actibus oratoris fatis exercitatus, et nupero etiam Dramate totius concionis oculos atque aures in se convertit. Gravitas oris, cum vocis suavitate conjuncta, memoriae item summa felicitas Oratorem facit, meditando studium Philosophum, incessabilis Autorum Poetarumque lectio, Philologum et Poetam, antiquitatis, rerumque in orbe gestarum memoria, historicum, cultus, quem Deo praestat, Christianum, obsequium, quo parentes et Praeceptores devincit, bonum virum, et qua commilitones profequitur, animi conjunctio, bonum civem recipiunt. Hoc nomine tibi commendatum habes L. B. Academiae Candidatum. Sed qui abiturienti ultimum acclamabunt vale, Juvenes esse scias non minori virtutum, pietatis et industriae laude commendabiles. Agmen ducet

Johannes Gottlob Brucknerus, Annaemont. Misn. Oratione latina profaica, de eo, quod in venatione liceat.

Johannes Christophorus Niemerus, Wiefä-Misn. Poësi, vel, si mavis Satyra germanica, in perversos Studioforum mores.

Johannes Henricus Drechslerus, Bachrenst. Misn. Oratione germanica profaica, de jactura Amici.

Johannes Gottfried Hausnerus, Bachrenst. Misn. nomine omnium dimittet candidatum, Carmine latino Elegiaco et Oda Germanica pompatica.

Quorum mores et egregia litterarum studia, ut mihi sunt probata: ita Vobis etiam Moxenates, litterarumque Patroni, ut nostra omnia, de meliori commendata esse volo.

1786

hc



R. 10, 17.

Vd
1786

VENATIONEM REGIAM

IN HIS SVDETIBVS NVPER

CELEBRATAM,

SUB FELICEM

EX LYCEI HUIUS, AD ALTIORA ACADEMIÆ STADIA,
DISCESSVM,

VIRI-IUVENIS

DEPROMPTI, NOBILISSIMI, LITERA-
TISSIMIQVE,

NIS FERDINANDI

HEUERECKII,

ANNABERGA-MISNICI,
IN HUIUS LOCO DECANTAVIT,
AUDIENDAM ORATIONEM

DE REI VENATORIÆ,

IN
LATINIS VERBIS,
CUM
NEMQVE GERMANICO CARMINE
M DCC XXXIV. POST SACRA MATU-
TINA, RECITANDAM

PROMOTORES SCHOLÆ,

NUM REVERENDOS, CONSULTISSIMOS,
SIMUM, AMPLISSIMOS, DOCTIS-
SIMOSQVE,

*S. EVERGETAS, STUDI-
UMQVE PROMOTORES,*

QUI QUOT FAVENT ARTIBUS, ET BENE
CUPIUNT

IN
E CANDIDATI FAMILIÆ,

NUMISSIME INVITATOS VOLUIT

FRIDERICVS CLODIUS, Rector.

IN
ANNABERGÆ,
FRIDERICVS VALENTINI FRISII.

